Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Et factus est dñi sermo ad me dicens. feria v.
Quid est qd inter uos parabolam uertitis t Ezechiel xviii.
in proberbium istud in terra israel dicentes. Patres nri comederunt
uuam acerbam. & dentes filiorum obstupescunt. Viuo ego dicit
dñs ds. si erit uobis ultra parabola hec in proberbium in israel.
Ecce omnis anime mee sunt. ut anima patris. ita et anima filii mea est.
Anima que peccauerit. ipsa morietur. Et uir si fuerit iustus.
& fecerit iudicium. & iustitiam. in montibus non comedit. & oculos suos
non leuauerit ad idola domus israel. & uxorem proximi sui non uiolauerit.
& ad mulierem menstruatam non accesserit. & hominem
non contristauerit. pignus debitori reddiderit. per uim nil rapuerit.
panem suum esurienti dederit. nudum operuerit uestimento. ad usuram
non commodauerit. & amplius non acceperit. ab iniquitate manum suam auerterit.
iudicium fecerit uerum. inter uirum. & uirum. in preceptis meis ambulauerit. & iudicia mea custodierit. ut faciat
ueritatem. hic iustus est. uita uiuet ait dñs omnipotens. Secundum Iohannem
In illo t. Dicebat ihs ad eos qui crediderunt ei iudeos. Si uos
manseritis in sermone meo. uere discipuli mei eritis. & cognoscetis ueritatem. & ueritas liberabit uos. Responderunt. Semen
abrahe sumus. & nemini seruiuimus unquam. quomodo tu dicis liberi eritis. Respondit ihs. amen amen dico uobis. quia omnis qui facit
peccatum. seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo
in eternum. filius manet in eternum. Si ergo filius uos liberauerit. uere liberi eritis. Scio quia filii abrahe estis. sed quaeritis me interficere. quia sermo meus non capit in uobis. Ego quod uidi apud
patrem loquor. & uos que uidistis apud patrem uestrum facitis.
Responderunt & dixerunt ei. Pater nr abraham est. Dicit eis
ihs. Si filii abrahe estis. opa abrahe facite. Nunc autem que

172